

Landesbibliothek Oldenburg



Digitalisierung von Drucken

Lieroort

Blaeu, Joan

[Amsterdam], [1649?]

[urn:nbn:de:gbv:45:1-319982](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-319982)




ORTHARX,

In confluente Amasi & Ledæ,

Vulgo

LIER-OORT.

Descriptore VBBONE EMMIO.



IN confluente Amasi & Ledæ ORTHA arx celeberrima ab angulo terræ perangusto, in quo posita est, sic nominata, quam per humiles campos secundum Amasi ripam brevissimo intervallo collis Plytonis despicit, situ admirabili. Namque in ipso Amasi flexu sic in eum Ledæ sinuoso meatu veniens influit, ut peninsulam in extremo angulo efficiat non majorem quàm quantum ad arcis aream cum propugnaculis satis sit. Hanc commoditatem loci speculati quondam Hamburgenses, cum bellum in Frisîa, conjunctis cum Edsardo & Vlricho

fratribus Grethanis contra Focconem armis, gererent, arcu extruendæ eum ceperunt, ac castello pro tempore excitato præsidium imposuerunt complures ad usus. Postea verò operibus maximis firmata à Comitibus arcium in Frisîa facta est haud dubiè munitissima, ad quam Henricus Senior Brunsvicensium dux olim tormento percussus occubuit, cum patris mei avunculus mihi *ipud me* juridicundo in eâ præesset. Ita porro posita est, ut ipsa in meridiem vergens, cum Lerâ in aquilonem, & Bingumo in circium trigonum constituat, cujus latera singula circiter DCC pass. contineantur, deinde Mudam cœnobium ad dextram, si meridiem spectes. Esclumum ad sinistram in ulteriore Ledæ ripâ utrumque habeat.



kk GRETHA

ALBERS 062

Karteno 301

1/ SWT/SHU